



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XCII. Markgraf Hermann schenkt dem Kloster Lehnin zu seinem Seelenheil  
Hebungen aus Bartoldstorf, im Jahre 1302.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

in eandem parrochiam, videlicet bochowe, cum vniuersis redditibus et iuribus parrochialibus transferimus ac pariter addonamus. Nam super hoc dicti scilicet abbas et conuentus de lenin Illuſtris principis H. marchionis Brandenburgensis patroni ville, que maior crucewiz nuncupatur, conſenſum voluntarium impetrarunt. Ne igitur in hiis tam rite conceſſis alicui in poſterum valeat dubietatis ſcrupulus ſuboriri, has litteras noſtre recognitionis et publice proteſtationis ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum Brandeburch Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>. ydus Octobris, Pontificatus noſtri anno quarto.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

Anm. Den Zweifel, welchen die Schreibart der Jahreszahl geſtattet, ob das V<sup>o</sup>. zu anno oder ydus gehöre, hebt die Angabe des vierten Jahres des Pontificatus, wornach die Urkunde, da Biſchof Volrad die Stifftsregierung ſchon 1296 übernahm, in das Jahr 1300 gehört.

**XCII.** Markgraf Hermann ſchenkt dem Kloſter Lehnin zu ſeinem Seelenheil Gebungen aus Bartoldſtorf, im Jahre 1302.

In villa Bartoldſtorp XIV fruſta duri frumenti Hermannus Marchio dedit in remedium anime ſue et progenitorum ſuorum A. 1302.

Altes Verzeichniß Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 333.

**XCIII.** Johann und Friedrich, genannt die Burggrafen, verkaufen die Stichmühle bei Grabow dem Kloſter Lehnin, im Jahre 1303.

Stichmolne prope Grabow Johannes et Fredericus dicti Burggrauui monaſterio in Lenyn vendiderunt pro XLII marcis Brandenburgensis argenti et ponderis A. 1303.

Altes Verzeichniß Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 331.

**XCIV.** Erzbifchof Burchard von Magdeburg ſchlichtet einen Streit des Abtes Johann von Lehnin mit dem Ritter Johann von Trebbin über Zubehörungen von Stangenhagen, am 8. April 1305.

Nos borchardus, dei gracia ſancte Magdeburgensis eccleſie Archiepiſcopus omnibus, ad quos preſens peruenerit, Salutem in vero ſalutari. Notum eſſe volumus preſentibus et futuris, quod conſtitui coram nobis venerabilis dominus Johannes abbas de Lenin et Johannes miles dictus de Trebin, ministerialis noſtre eccleſie, preſentibus et ſuis amicis, domino aluerico de grabowe, decano ſancti Nicolai in Magdeburg, Ottone milite de pouch, Johanne milite de vrekelleue et aliis quam pluribus pro quibusdam terminis agrorum et nemoris, quod Straz uocatur uille Stangenhagen adiacentibus contenderunt. Dictus vero abbas litteras ar-